FLORA.

59. Jahrgang.

No. 20. **Regensburg, 11. Juli** **1876.**

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. — Dr. K. Prantl: Morphologische Studien. — A. de Krempelhuber: Lichenes Brasilienses (Continuatio.) — Anzeige.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio quinta et vicesima. — Exponit W. Nylander.

1. *Lecanora liparina* Nyl.

Thallus olivaceo-cinerascens adnatus firmus (crassit. 0,2—0,4 millim.), squamarioides, inaequalis, versus ambitum sublobato-imbricatus, ipso ambitu subcrenato; apothecia livido-pallida vel fusca, margine thallino integro cincta, demum convexa et biatoroidea (latit. 0,5—0,9 millim.); sporae 8nae incolores oblongae 1-septatae, longit. 0,012—0,018 millim., crassit. circiter 0,004 millim., paraphyses gracilescentes distinctae apice clavatulo, epithecium granulosum. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens (thecae praesertim tinctae).

Supra saxa serpentinea in Galliae praefectura Haute Vienne (Lamy).

Apothecia saepe albo-suffusa et ambitus thalli quoque subsuffusus. Spermatia arthrosterigmatibus (crassit. 0,0025 millim.) infixa, breviter bacillaria (utroque apice obsolete vel vix crassiore),

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0307-9

longit. 0,0025—0,0035 millim., crassit, 0,0005 millim. Species est e stirpe *Lecanorae candicantis* (Dicks.).

Hanc pro *L. olivacea* Duf. sumptam vidi, sed ea ne quidem est affinis. Tamen ipsum typum Dufourii nondum examinavi, at vidi Lichenem a Montagne ad Olbiam (Hyères) lectum et a Dufour determinatum pro sua *L. olivacea*. Est huic thallus olivaceo-virescens crustaceo-adnatus continuus inaequalis tenuis (crassit. 0,1 millim.), demum subareolato-rimosus, areolis convexulis; apothecia subobscure testaceo-rufa vel rufo-fuscescentia, biatorina (latit. 0,5—0,8 millim.), convexa, immarginata, superficialia, juniora plana margine vix ullo; sporae 8nae incolores ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses gracilescentes apice clavato luteo-fuscescente, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein violascens. Calcicola. Thallus libenter sorediis albidis superficialibus planis rotundatis (latit. 0,2—0,5 millim.) conspersus, quod non describitur in typo Dufourii, igiturque nomine proprio designanda est Lecanora hic definita et dicatur *L. Olbiensis*; nihilominus esse possit varietas verae *Lecideae olivaceae* Duf. Observatur, apothecia biatorina esse gonidiis parcis vel nullis versus perithecium intrusis. Spermogonia arthrosterigmatibus (crassit. circiter 0,0025 millim.), spermatiis breviter bacillaribus (longit. 0,0030 millim., crassit. 0,0006 millim.). Proxima est *L. elaeizae* Nyl. in Flora 1874, p. 308.

2. *Lecidea accesitans* Nyl.

Thallus albidus sublaevis dispersus vel evanescens; apothecia testacea vel testaceo-fuscescentia, convexa, immarginata (latit. 0,5 millim. vel minora), intus albida; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses non discretae, epithecium et hypothecium incoloria. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose subrubescens.

Supra schistum micaceum in Hibernia, Connamara (Larbalestier).

E stirpe videtur *Lecideae vernalis*. Nota accedens peculiaris datur a spermogoniis, sunt enim spermatia arcuata tenuia, longit. 0,014—19 millim., crassit. 0,0005 millim. Convenit fere omnino hic Lichen cum *L. sylvana* (Arn. Exs. 47), quae etiam similia habet spermatia, sed occurrunt etiam in eodem, ut videtur, thallo alia (quae citantur in Arn. Ausfl. XI, p. 20) tenuiter fusiformia arcuata,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0308-4

longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,0015 millim., qualia in *L. accessitante* non vidi.

3. *Lecidea carneo-albens* Nyl.

Thallus glauco-virescens tenuis granulosus indeterminatus; apothecia carneo-alba convexula immarginata (latit. 0,2—0,4 millim.), intus incoloria; sporae 8nae bacillares subrectae 3—5-septatae, longit. 0,023—27 millim., crassit. 0,0025—0,0035 millim., paraphyses non discretae, epithecium et hypothecium incoloria. Jodo gelatina hymenialis fulvo-rubescens (thecae praesertim tinctae apiceque primo coerulescente).

Supra saxa silicea rivuli in Hibernia, Connamara (Larbalestier).

Species parva, sed insignis in stirpe *Lecideae bacilliformis*, distinctissima colore apotheciorum et thalamio absque paraphysibus discretis. Variant apothecia pro parte sublivescentia.

4. *Lecidea subconfusa* Nyl.

Subsimilis *Lecideae fuliginosae* Tayl., sed thallo supra obscure cinerascente et sporis nonnihil minoribus (longit. 0,007—8 millim., crassit. circiter 0,0035 millim.). Jodo gelatina hymenialis vinose rubescens (praecedente coerulescentia).

Supra saxa silicea ad Kylemore in Hibernia, Connamara (Larbalestier), thallo Sirosiphonis et Pyrenopseos instrata. Eadem ante lecta in insularum Faeroe, Stroemoe (Rostrup).

Thallus tenuiter granulato-concrescens. Apothecia nigra convexa (latit. 0,5—0,7 millim.), intus concoloria. Paraphyses crassiusculae, non bene distinctae. Epithecium coerulescenti-infuscatum, inde acido nitrico subpurpurascenti-dissolutum. Spermatia oblonga recta in spermogoniis, quae forsan non vera sunt speciei, nam pertinere possint ad thallum immixtum. Forsan ex affinitate *L. assimilatae.*

5. *Lecidea nigrificans* Nyl.

Thallus nigricans opacus tenuis rugulosus areolato-rimosus; apothecia nigra plana subprominula marginatula (latit. 0,5 millim. vel saepius minora), intus albida; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,011—12 millim., crassit. 0,006—7 millim., epithecium smaragdino-nigrescens, paraphyses distinctae mediocres, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis vinose rubescens.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0309-3

Supra saxa argillaceo-schistosa sicca in Hibernia, Connamara (Larbalestier).

Species forsan e stirpe *Lecideae confusulae* Nyl. in Flora 1872, p. 360. Apothecia variantia margine caesio-suffuso. Thallus intus totus virens.

6. *Lecidea baliola* Nyl.

Thallus ochraceo-fuscescens vel molybdino-ochraceus, tenuis, laevigatus, passim rimulosus; apothecia nigra plana subprominula (latit. 0,4—0,5 millim.), marginatula, intus concoloria; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,008—9 millim., crassit. 0,002—3 millim., paraphyses non distinctae, epithecium et hypothecium (cum perithecio) fusca. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubens.

Supra saxa silicea rivuli in Connamara (Larbalestier), socia *Lecanorae lacustris*.

Est species peculiaris in stirpe *Lecideae expansae*.

7. *Lecidea dilutiuscula* Nyl.

Convenit fere cum *L. infidula* Nyl., sed apothecia livida vel livido-pallescentia, intus tota pallida. Sporae ellipsoideae, longit. 0,007—0,010 millim., crassit. 0,004—6 millim., epithecium et hypothecium incoloria.

Supra saxa schistosa in Anglia, Devon (Holl), in Hibernia, Connamara (Larbalestier).

8. *Lecidea rhododendrina* Nyl.

Thallus cinereo-virescens tenuis granulato-inaequalis; apothecia nigra planiuscula marginatula (latit. 0,4—0,6 millim.), intus concoloria; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,009—0,015 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses non bene discretae (crassiusculae), epithecium dilute coerulescens, hypothecium coerulescenti-nigrescens. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubens.

Supra corticem *Rhododendri ferruginei* in alpibus Tyroliae (Arnold).

E stirpe est *Lecideae conferendae*. Spermatia bacillaria tenuia recta, longit. 0,005—7 millim., crassit. 0,0005 millim. Thalamium fere totum saepe dilute coerulescenti-tinctum, ita lamina tenuis apothecii fere sicut in *L. vorticosa* Flk., quae tamen ne quidem est affinis, nam pertinet ad stirpem *Lecideae parasemae*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0310-4

9. *Lecidea umbrinella* Nyl.

Proxima *Lecideae prominulae* Borr., sed thallo tenuiore et gelatina hymeniali iodo vinose rubescente (praecedente coerulescentia). Sporae fusiformes simplices vel 1-septatae, longit. 0,008—0,014 millim., crassit. 0,002—3 millim. Epithecium et perithecium fusca.

Supra saxa micaceo-schistosa in Hibernia, Connamara (Larbalestier).

Thallus umbrino-fuscus tenuis subrugulosus rimulosus. Apothecia nonnihil prominula planiuscula submarginata (latit. 0,2—0,4 millim.), intus albida. Paraphyses apice fusco-clavatae. In *L. prominula* gelatina hymenialis iodo bene coerulescens, dein subviolaceo-obscurata.

10. *Lecidea tenebrans* Nyl.

Similis *Lecideae contiguae*, sed thallo plumbeo-cinereo vel plumbeo-obscurato (medulla leviter iodo pro parte saltem coerulescente) et gelatina hymeniali cum thecis persistenter intensive coerulescente.

Supra schistum micaceum in Connamara, altit. 1800 pedum (Larbalestier).

Sporae longit. 0,018—24 millim., crassit. 0,010—13 millim. Spermatia ut in *L. contigua*, cujus haec subspecies esse possit.

11. *Lecidea ligans* Nyl.

Thallus cinerascens vel albidus, tenuis, areolato-granulatus; apothecia nigra planiuscula vel convexiuscula, immarginata (latit. 0,5—0,9 millim.), intus subconcoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel fusiformi-ellipsoideae, longit. 0,009—0,015 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses non bene distinctae, epithecium sordide coerulescens, hypothecium subpurpurascenti-infuscatum. Jodo gelatina hymenialis intensive et persistenter coerulescens.

Supra lapides in alpibus Bavaricis, Kampenwand (Arnold).

Species peculiaris e stirpe *Lecideae petrosae*. Thallus K non tinctus. Hypothecium K magis purpurascens. Spermatia bacillaria recta, longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,0006 millim.

12. *Arthonia petrensis* Nyl.

Thallus albus vel albidus, opacus, tenuissimus, inaequalis, rimulosus, dispersus; apothecia nigricantia vel fusconigra, con-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0311-0

vexula, rotundato-oblonga (latit. 0,3—0,5 millim.), intus pallida; sporae 8nae oviformes 3-septatae, longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,005—6 millim., epithecium dilute fuscescens, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens (dein coerulescentia nonnihil obscurata, thecae fulvescentes).

Supra saxa siliceo-calcarea ad Thermas Herculis in Banatu (Lojka).

Notis datis satis distincta. Apothecia interdum 2—3 confluentia. [1])

13. *Graphis petrina* Nyl.

Thallus vix ullus visibilis; apothecia nigra linearia (longit. 1—2 millim., latit. fere 0,5 millim.), simplicia, subflexuosa, epithecio rimiformi-angustato et margine tumido utrinque saltem semel sulcato, inde lirellae sulcatae sulcis saepe albo-suffusis; sporae 8nae fuscescentes 8—12-loculares, longit. 0,036—50 millim., crassit. 0,007—0,011 millim.

Supra saxa micaceo-schistosa humida in Hibernia, Connamara (Larbalestier).

Species omnino distincta, facile notis datis agnoscenda. Hypothecium nigrum. Vix est nisi *Gr. elegans* saxicola.

14. *Verrucaria delita* Nyl.

Thallus cinerascens vel albido-cinereus, tenuis, laevigatus, crebre rimuloso-diffractus; apothecia pyrenio dimidiato-nigro, convexe prominulo, fere mediocri; sporae 8nae simplices, longit. 0,030—34 millim., crassit. 0,012—15 millim.

Supra saxa argillaceo-schistosa in littore fluminis in Banatu (Lojka).

Comparari possit cum *V. murali*, sed differt sporis majoribus et thallo alio.

15. *Verrucaria fusco-cinerascens* Nyl.

Thallus fusco-cinereus arcolato-rimosus inaequalis tenuis; apothecia pyrenio integre nigro (latit. circiter 0,3 millim.), parte

---

1) Notetur hic obiter *Arthonia cinnabarina* f. *cuspidans* Nyl., quae distinguitur a typo apotheciis extus vix erythrinis tenuioribus, apicibus divisionum acuminatis, sporis minoribus (long. 0,016—19 millim., crassit. 0,006—7 millim.). Ilicicola in Hibernia (Larbalestier). Exotica eadem datur in C. Wright. Cub. no. 123 a et b.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0312-5

superiore fere dimidia denudata convexula; sporae 8nae oblongae, longit. 0,022—27 millim., crassit. 0,008—0,010 millim.

Supra saxa micaceo-schistosa in Connamara (Larbalestier).

Prope *Verrucariam fusco-nigrescentem* locum habet.

16. *Verrucaria holochrodes* Nyl.

Sat similis *Verrucariae lectissimae* et verisimiliter ejus subspecies, praesertim differens thallo ochraceo-rufescente tenui continuo indeterminato obducente. Sporae fusiformes 3-septatae, longit. 0,023—34 millim., crassit. 0,005—6 millim.

Supra saxa argillaceo-schistosa umbrosa in Connamara (Larbalestier).

Morphologische Studien.

Von Dr. K. Prantl,
Privatdocent in Würzburg.

2.

Was ist unter Cambiform zu verstehen?

Die Differenzirung der Gewebe schreitet in den einzelnen Pflanzenclassen in einem gewissen Parallelismus mit der äusseren Gliederung vor und ist insoferne ebenfalls Gegenstand der vergleichenden Morphologie. Während ich [1]) mir die Aufgabe stellte, sowohl die äussere als die innere Differenzirung der Gefässpflanzen, ausgehend von den einfachsten Repräsentanten, in ihrer aufsteigenden Entwicklung zu verfolgen, setzte Russow [2]) gleichzeitig seine früher begonnenen Untersuchungen in der Absicht fort, eine vergleichende Histologie des Pflanzenreichs vorzubereiten. So erfreulich es ist, in den unabhängig ausgeführten Untersuchungen Russow's viel Uebereinstimmung mit meinen Resultaten zu finden, so möchte ich doch hier einen Punkt zur Sprache bringen, in dem die beiderseitigen Auffassungen auseinandergehen, nämlich die Anwendung des Begriffes „Cambiform".

---

1) Untersuchungen zur Morphologie der Gefässkryptogamen. 1. Die Hymenophyllaceen. Leipzig 1875.

2) Betrachtungen über das Leitbündel- und Grundgewebe aus vergleichend morphologischem und phylogenetischem Gesichtspunkt. Dorpat 1875.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0313-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1876

Band/Volume: 59

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 305-311